Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41120
Copyright: Melk, Benediktinerstift

centum et quinquaginta vestimenta cum calciamen-
tis vobis dilectis fratribus deportari precepi ut tempore
frigoris quod ei necesse fuerit unusquisque accipiat
deponentes ea et custodientes in communi ves-
tiario cum omni dilectione et caritate / facientes ~~non que-~~
~~runt que sua sunt~~ sed sicut vera caritas non querit que sua
sunt sed que dei. Sic autem facientes non defrauda-
tis eos. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis
pastorem magnum ovium in sanguine testamen-
ti eterni dominum ihesum christum aptet vos in omni bo-
no. Et faciat eius voluntatem faciens in vobis quod
placeat coram se cui est honor et gloria in secula
De ieiunio primus seculorum amen. De ieiunio sermo primus.

Frequenter audistis fratres karissimi quod ieiunium est virtus
summi operis celeste / ianua regni / forma futuri
seculi / quod si quis caste perfecerit deo socius efficietur
nota sibi coniungitur et spiritualis efficitur. Per ieiunium fratres mei
confunduntur vitia / augmentantur virtutes / humiliatur
caro / dyabolus devincitur vires. O sacrum ieiunium
tu corpus infrenas ne insurgat / tu virtutes
incitas ut resurgat / tu homines illuminas et sa-
nas ut vivat. O sacrum ieiunium tu suave
es bonis / tu odibile es malis / tu delectabile
es sanctis sed detestabile pravis. O sacrum ieiunium